DISPUTATIO
DE
COLLECTIS,
Von Stewrn und Schatzungen/

Quam,
Cum Dei Ter Optimi Maximi Felicissimo Auspicio,

PRÆSIDE

Viro Amplissimo, Excellentissimo & Consultissimo

D. ERASMO UNGEPAUR,

JCto & Antecessore in florentissimâ Universitate Altdorfinâ celeberrimo, Nobilissimiq; JCtorum Ordinis p. t. Decano Spectatissimo, ac Consiliario inclutì Senatus Norici dignissimo, Domino Præceptore optimè merito, Patrono & Hospite suo benevolentissimo,

Publicè defendere conabitur,



JOACHIMUS ÖLHAFIUS DANTISCO-BORUSSUS.

Mense Martio

ANNO CIↃ IↃ CXXIX.

ALTDORPHI,
E Typographia Balthasaris Scherffii, Universitatis Typographi.

VIRO

Magnifico, Nobilissimo, & Amplissimo

D. JOHANNI

CHRISTOPHORO ÖLHAFEN in Schöllenbach, Seniori, Patritio Noribergensi, JCtorum nostri seculi facilè Principi, Comiti Palatino Cæsareo, Ejusdemq; Sacræ Majestatis, Ordinis Teutonici, Ducum Saxoniæ, &c. atq; Reipubl. Patriæ Consiliario eminentissimo, dexterrimo, Universitatis Altdorfinæ Pro-Cancellario dignissimo, meritissimo &c.

Domino suo & Mecœnati OPT. MAX.

Hanc de Collectis Disputationem

Submissâ animi observantiâ

Pro sui studiorumq; suorum commendatione

Offert

JOACHIMUS ÖLHAFIUS
DANTISCO-BORUSSUS.

Σὺν θεῷ

DISPUTATIO DE COLLECTIS.

THESIS. I.



Collecta (a) est onus (b) reale, (c) quod personis pro rebus (d) à Magistratu (e) injungitur. Estq; alia (f) ordinaria (g) alia (h) extraordinaria (i).

(a) Sic dicta à *Cic. 2. d. Orat.* aliàs Indictio appellatur *t. t. C. d. Indict. lib. 10 Ben. Bon. lib. 1. d. censib. art. 4 à Modestino* contributio *l. sine herede 32. §. Lucius 6. d. admin. & peric. tut. ab Ulp.* collatio *l. si pendentes 27. § si quid 3. d. usufr. Ben. Bon. d. art. 4.* Germ. Stewer/Schatzung/ *Bocer. tract. d. Iur. Collect. c. 1. n. 2.* Vid. *Casp Klock. differt. d. Contrib. concl. 3. lit. A.* (b) *l. & quis 3. § exactionem 11. l. fin. §. patrimoniorum 21. d. mun. & hon. Ern. Cothm. vol. 1. Resp. 11. n. 1. Ioh. Thilm. de Benignis in Apospas. Pract. Observ. 32. Klock. d. differ. conc. 5. lit. B.* (c) *Ias. in l. placet 5. n. 4. C. d. S. S. Eccles. Thilm. de Benign. Syntag. 2. Decis. Camer. 1. Vot. 5. n. 6.* (d) *l. rescripto 6. §. fin. d. mun. & hon.* (e) Aut jure Regalium *per text. in c. un. Quae sint Reg. 2. F. 56. l. un. C. d. super indict. lib. 10. l. placet 8. C. d. excus. mun. Iul. Clar. lib. 4. sent. §. feudum. q. 29. n. 1. Henr. à Rosenth. d feud. c. 5. concl. 74. lit. A. Schneid. in Epit. Feud. p. 2. n. 109. & p. 5. n. 119. Borch. in explicat. d. c. un. quae sint Regal. Thilm. de Benign. Syntag. 2. Dec. 1. vot. 5. n. 33. & vot. 6. n. 4. & seqq. Regn. Sixt. de Regal. lib. 2. c. 14 n. 17. & seqq: Boc. d. c. 1. n. 20. Klock. d. differt. concl. 6. lit. A.* aut vi conventionis, vel specialis consuetudinis concessione. *Bertach. in repert: voc.* Collecta, *Klock. d. differt. concl. 12. lit. A. Sixt. in. d. c. 14. n. 22. & seqq.* (f) *l. omnes 5. C. d. ann. & tribut. l. 1. in f. C. d. indict. l. ult. C. d. mun. patrim. lib. 10. l. 1. in f. C. de privil. dom. August. lib. 12. Boc. d. tract. c. 6. n. 1.* (g) specialiter indictio vocata, *t. t. C. d. Indict.* item canonica contributio, *l. placet 8. C. d excus. mun. lib. 10.* quasi regularis & usitata; Et est, quae Juris dispositione, puta,

lege publicâ in casus certos solenniter constituta est, & regulariter possessores prędiorũ omnes gravat, *l.un.C.d.vacat.publ.mun.l.omnes 4 C.d.an.& trib.lib.10.ab his 10.l.in pr.d.vac.& excu.mun.l.un.in f.C.d.priv corp.lib.11.* cujusmodi est tributum, vulgò Beeht/ de quâ voce consulendus Wehner. *in Observ. Pract.* (h) *d.l.omnes 5.C.d.annon. & trib. l.1.in f.C.d.indict.l.ult.C.d.mun patr.Boc,d.c.6.n.1.* (i) & appellatur extraordinaria indictio, *l.ult.C.d.mun.patr.lib.10.* item superindictum, *t. t.C.d.superind.lib.10. ubi gl.Ias.in d.l.placet 5.n.7.C.d.S.S.Eccles.* Est autem illa, quæ in repentinos casus ex improviso à Magistratu indici solet. *Bertach. in repert. voce:* Collecta: Vulgò Schatzung. *Boc.d.c.6. n.7.* Hujusmodi est I. Collecta Imperialis Turcica, *Rosenth.d.f.ud.c. 5.concl.73.Sixtin.d.c.14.n.11. & 15.* II. Ea, quæ ad habendam promtam defensionem, contra hostis irruptionem & invasionem, etiam incertam, Recessibus Imperii, unanimi statuum consensu indicitur. R.A. zu Augspurg/ de Anno 1548: §. Ferner haben wir auß/ & de An. 1551. §. So haben wir/ & §. seq. tum etiàm R. A. zu Regenspurg de Anno 1576. §. Im selben. III. quæ ob emptionem novi castri sive territorii imponitur. *Rosenthal.d.feud.c.5. concl. 76.n.7. Bocer. d.c. 6.n.21.seq.* IV. Quæ pro Domini captivi redemtione imperatur: si vid. Dominus pugnando pro patriâ captus fuerit, nec ex suo se redimere possit; quia simili casu Episcopus charitativum subsidium exigere potest, *c. cum apostolus 6.§. prohibemus, d. censib.c. quia plerią, 8.c. non minus 4. ubi Canon. d.imm. Eccles. Rosenth. d. c.5.concl.76.n.6.lit. I. Boc. d.c.6. n.22.* V. Quæ indicitur ob æs alienum, quo provincia aut civitas aliqua laborat, modò ex necessariâ causâ debitum illud proveniat. *Boc. d. c.6.n. 23.*

II.

Collectam igitur superindicere potest Imperator, (a) & quilibet alius superiorem non recognoscens, (b) Status item & Ordines Imperii: (c) Nec non Civitates Provinciales, (d) & quælibet universitas. (e)

(a) Jure superioritatis & Regalium, statuum tamen consensu, per textus supra *th. 1.lit.E.* allatos *Bart. in l.un.n. 2.C.d.superind.lib.10. Klock.d.differt.concl.6.lit.A.* Et dicitur Collecta Imperialis, German. Reichssteur / Reichsanlag / Reichshülff / quam ad utilitatem totius

Imperii

Imperii universis, qui ei subsunt, consentientibus, ut d **xi**, Imperii statibus, Imperator indicit; Ita sonant enim passim verba Constitutionum: Haben wir vns mit den Ständen/ vñ Sie mit vns verglichen/ Hujusmodi est Collecta Turcica, Türckenstewr/Türckenhülff/ Römzug oder Römerzug/ & Collecta, quæ ad conservandum Imperii regimen, zu Erhaltung deß Reichs-Regiments imponitur. R. A. zu Augspurg de Anno 1500. Von Ordnung deß Regiments/ Tit. Von Söldnern wie die auffgesetzt vnd gehalten werden sollen / auch was ein jeglich Mensch geben soll: item, quæ in usum Cameræ Imperialis, zu vnterhaltung deß Cammergerichts imponitur. *Ordinat. Camer. p. 1. tit. 40. Boc. d. tract. c. 2. n. 23. & seqq. Klock. d. differt. concl. 7. lit. A.* (b) ad exemplum Imperatoris, *c. un. quæ sint regal. 2. F. 56. Bart. in d. l. un. n. 3 C. d. superind. lib. 10. Klock. d. diff. conc. 7. lit. B.* (c) vigore Regalium ab Imperatore, vel præscriptionis jure obtentorum. *Mynsing. Resp. 1. n. 98. Dec. 11. Borch. ad d. c. un. quæ sint regal. n. 53. Thom. Micha. Disp. d. Iurisd. th. 11. lit. B. Sixtin. d. c. 14. n. 32.* vocaturq; Collecta Provincialis Landtstewr/ *Mynsing. Resp. 64. Dec. 7. Klock. d. differ. concl. 9. lit. A.* quam pro utilitate provinciæ & territorii sui imponunt Principes inferiores, ut Duces Marchiones, Comites, *Klock. d. differt. conclus. 8. lit. A. Boc. d. Iure Collect. c. 4. n. 1. 5. & 6.* Barones, *Rosenth. d. tract. feud. c. 2. concl. 1. & c. 9. concl. 55. n. 2. lit. B. Schneid. tract. feud p. 10. Sect. 1. n. 22. & seqq. Bocer. d. tract. c. 4. n. 7. Klock. d. differt. conclus. 8. lit. B.* Civitates Imperiales, *Klock. d. differt. concl. 10. Boc. d. c. 4. n. 33. & seqq.* (d) non jure Regalium, sed vi conventionis *Treut. vol. 2. disp. 18. th. fin. ibiq. Bachov. Sixtin. d. c. 14. n. 28. & 27. Boc. d. tract. c. 5. n. 5.* diciturq; municipalis Collecta, quam Civitatis municipalis incolæ in communem sui municipii usum præstant; indicitur q; necessitate exigente sine permissu superioris, arg. *l. ambitiosa 4. d. decret. ab ord. fac. l. an civitates 8. quod cujusq; univer. nom. vel contr.* Utilitate verò poscente, non nisi ex licentiâ superioris. *Borch. in d. c. un. quæ sint regal. Rosenth. d. tract. c. 5, concl. 75. n. 1. lit. C. Bronch. cent. 2. Miscel. ass. 77. Boc. d. c. 5. n. 2. & 4.* (e) Vi itidem conventionis & consuetudinis. *Klock. d. differt. concl. 12. lit. A.* ex necessitate vid. *Bart. in l. si se non obtulit 4. §. actor. 2. n. 1. de re jud.* & distinctione observatâ, quæ lit. præced. D. tradita est. *Klock. d. concl. 12. lit. B. Sixtin. d. c. 14. n. 27.*

 Gra-

III.

Gravari autem possunt tantùm Subditi: (a) Unde Forensibus, (b) Clericis, (c) Vasallis (d) injungi non potest.

(a) *l. rescripto 6. §. ult. d. mun. & hon. l. munerum 18. § patrimonio-*
rum. 21. eod. tit. l. un. C. d. mul. in quo loco lib. 10. Gail. lib. 2. ob. 52. n. 13. Boc. d.
tract. c. 9. n. 1. Klock. d. differ. concl. 15. Subditus autem propriè dicitur ra-
tione domicilii, *l. domicilium 20. ad munic. Gail. d. lib. 2. Ob. 35. n. 2. Coler.*
d. process. execut p. 2. c. 1. n. 22. Klock. d. differ. concl. 16. lit. A. Boc. d. c. 9. n. 2.
Gœdd. ad l. in lege 203. n. 2 d. V. S. Hinc quæritur, si quis diversis in locis
domicilium habeat, an in singulis locis Collectæ onus subire cogen-
dus sit? Quod affirmatur per *l. ejus qui 27. §. Celsus 2. ad municip. A.*
Fab. in Cod. suo lib. 9. tit. 29. Def. 10. Klock. d. differt. concl. 16. lit. C. Boc. d. c.
9. n 4. Sed, an Collecta Civibus imposita exigenda quoq; sit pro ci-
vium prædiis, quæ ipsi possident extrà territorium Magistratus, qui
Collectam indicit, controvertitur? Negativa probatur per *l. un. C.*
d. mulier. in quo loco: lib. 10. l. forma 4. § is vero 2. de censib. l. rescripto 6. §.
ult. d. mun. & hon. l. munerum 18. §. patrimoniorum 21. juncto §. seq. d. t.
Boc. d. c. 9. n. 7. & 8. Vid. Ern. Cothm. vol. 1. Resp. 11. Et hoc regulariter
procedit; Nam aliud speciali privilegio inclutæ & Reipubl Norib.
ut nim. civium bona in quocunq; territorio illa sita sint, collectari
possint, concessum esse, benevolè me monuit verè Magnificus & No-
bilissimus D. JOHANN-CHRISTOPHORUS ÖLHAFEN à Schöllnbach,
P. N. JCt[9] summus &c. &c. Universitatis hujus Pro-Cancellari[9] &c.
Dominus meus & Mecœnas gratiosus. De Collectis Imperialibus
Turcicis non levis item est dissensio; Num solvendæ sint tantùm
in loco domicilii pro omnibus bonis, etiam prædiis in alieno terri-
torio sitis? Quam componit Recessus Imperii zu Augspurg/de Anno
1500 tit. Daß ein jeder nicht mehr / dann da er seßhafft ist/ von allem sei-
nem Gut/wo es ligt/stewren soll/R. A. zu Speyer de Anno 1542 §. Die-
weil aber etliche. & de Anno 1544. §. Damit nun solchen. *Gœdd. ad l.*
munus 18. n. 26. d. V. S. Boc. d. c. 9. n. 11. Wintzler *de Collectis, Obs. n.* (b)
l. rescripto 6. §. fin. d. mun. & hon. l. libertus 17. §. sola ratio. 5. & §. sola
domus 13. ad munic. l. cum nec 4. C. d. incol. lib. 10. Klock. d. differ. concl.
26. lit. A. Boc. d. tract. c. 11. n. 12. Unde pro cautelà alienatio immobi-
lium

sium in forenses statuto passim prohiberi solet. Quod statutum valere etiam defendit *Klock. d. differ. concl. 27. & Boc. d. c. 11. n. 14.* Et hæc quidem, quæ de forensibus dicta sunt, regulariter vera sunt. Secus erit: I. Si consuetudo eorum subsidia poscat, *l. fine 32. §. Lucius 6. d. adm. & per tut. Gail. lib. 2. Ob. 52. n. 18. Rosenth. d. tract. feud. c. 5. concl. 28. lit. A. Boc. d. c. 9. n. 13.* II. Si aliud cautum sit statuto loci, *Gail. d. Ob. 52. n. 24. & Ob. 53. n. 10. Mynsi. cent. 5. ob. 22. n. 10. Klock. d. concl. 28. lit. B. Boc. d. c. 9. n. 14.* III. Si territorii Dominus prædia forensium in librum censualem antiquitùs retulerit. *Gail. d. Ob. 52. n. 24. & d. Ob. 53. n. 6. & de pignorat. Ob. 15. n. 13. P. Frid. Mind. lib. 2. d. mand. Iud. c. 45. n. 8. Klock. d. differ. concl. 29. lit. A. Boc. d. c. 9. n. 15.* IV. Si privilegium impetratum probetur à Principe: *Gail. d. Ob. 52. n. 24. Mynsi. d. Ob. 22. n. 9. Rosenthal. d. c. 5. concl. 82. n. ult. lit. G.* V. Si magistratus immemorialis temporis præscriptione hoc jus in se transtulerit, *c. super quibusdã 36. §. præterea d. V. S. Bertach. in repert. voce:* Collecta. *Sixtin. d. Regal. d. lib. 2. c. 14. n. 33. 34. & seqq. Boc. d. c. 9. n. 10.* VI. Si publica utilitas aliud suaserit. *Klock. d. differt. concl. 29. lit. B. Boc. d. c. 9. n. 18.* (c) *c. non minus 4. c. adversus 7. d. immun. Eccles. c. Ecclesiarum 12. q. 2. c. 1. d. immun. Eccles. in 6. c. quoniam 4. eod. tit. Bertach. in repert. voc.* Collecta. *Parlador. lib. 1. rer. quot. c. 3. §. 1. n. 2. P. Gregor. Tholos. lib. 3. d. Repub. c. 7. n. 1. & seqq.* Ad Collectas tamen Imperii contra Turcam omnino Clerici tenentur, per textum in Recessu Imperii de Anno 1542. §. Damit aber solcher. *Wintzl. d. Collect. Ob. 13.* & observantiam immemorialem. Adde *Sixtin. de Regal. d. lib. 2. c. 14. n. 107. & seqq.* Quod de Clericis dictum, ad Ecclesiam etiam & Monasterium extendendum erit per d d. textus, *Klock. d. differt. concl. 31, lit. B. Boc. d. c. 11. n. 16.* intelligendumq; de rebus & bonis eidem, etiam recens, acquisitis. *Boc. d. c. 11. n. 22.* Hinc statuto caveri solet, ne Laici prædia sua Ecclesiis vendant; de quo controvertitur, An valeat! Quod affirmat *Signorol. de Homodeis cons. 21. n. 18. & seq.* quem sequitur, *Gail. d. lib. 2. Ob. 32. n. 5. 6. & 7. Boc. d. c. 11. n. 22. & Klock. d. diff. concl. 33.* Quin & bona, Ecclesiastica ad Laicos translata immunitatem à Collectis amittunt, quia rerum conditionem ex personâ magis, quàm personæ ex rebus immutari conveniens est, *l. per curatorem 90. §. 1. d. A. vel O. hered. Bertach. in repert. voc. Collecta. A. Fab. in Cod. suo lib. 9. tit. 29. def. 3. Klock. d. differ. concl. 32. lit. D. Boc. d. c. 11. n. 25. & seqq.* (d) ratione bonorum feudalium; tum quia jus va-

jus vasallagii non operatur subjectionem, *c. cœterum 10. d. Iudic. Clem. Pastoralis d. sent. & re jud.* tum quia vasallus ratione feudi ad servitia personalia obstrictus est; æquum igitur videtur, ne etiam Collectis, atq; ita duplici onere gravetur. *Mynf. Resp. 1. n. 1. & 2. Decad. 15. Ernest. Cothm. vol. 1. Resp. 11. n. 32. Rosenth. d. tract. feud. c. 5. concl. 78. n. 2.* Klock. *d. differ. concl. 37 Boc. d. tract. c. 4. n. 12. & seqq.* In casu tamen necessitatis Vasallum teneri tradit *Wintzl. d. Collect. Ob. 13.* Nobiles etiam, Die Freye Reichs-Ritterschafft/ à collectis immunes pronunciat *Wintzl. Obs. 14.*

IV.

Sed & Doctores, (a) Studiosi, (b) Milites, (c) Pauperes, (d) Parentes XII. liberorum, (e) & ii, qui immunitatem consecuti sunt, (f) vacationem habent.

(a) De jure communi, *l. medicos 6. ubi Bart. & Dd. C. d. prof. & med. lib. 10. Mynf. Resp. 1. n. 37. Decad. 15.* Klock. *d. differt. concl. 39. &* filii eorum *l. fin. & ibi Bart. C. d. prof. & med. Bertach. in Repert. voc.* Collecta Vid. *Guid. Papæ Decis. 388.* Qui tamen à Collectis, quæ publicæ utilitatis causâ imponuntur, non excusantur. *Heig. q. 17. n 21. p. 1. Wintzl. Obs. 16.* nisi aliud loci consuetudo ferat, *Wintzl. d. loc.* (b) *l. 1. C. qui ætate lib. 10. ubi Bart.* (cujus in judicando magna est autoritas teste *Matth. de Afflictis Decis. Neap. 319. n. 13.* quem etiam pleriq; pro Legislatore colunt, & interpretationes ipsius pro lege habent. *Ernest. Cothm. Vol. 1. Resp. 13. n. 111.*) *Bertach. in repertor. voc.* Collecta *Heigius d. q. 17. n. 23 p. 1.* (c) *l. & qui originem 3. §. 1 d. mun. & hon. Georg. Acac. Eneck. lib. 2. d. privil. milit. Priv. 30. n. 6.* (d) *l. cura 4. § deficientum 1. & §. inopes 2. d. mun. & hon. l. cum facultates 4. & l. ult. C. de his qui num. liber. lib. 10.* R. A. zu Augspurg de Anno 1582. §. Vnd nach dem *in f. Fernand. Vasq. lib. 1. illust. contr. c. 41. n. 4.* Klock. *d. differ concl. 40. lit. B. Bocer. d. c. 11. n 1. & seqq.* (e) *l. si quis decurio 24. C. d. decur. lib. 10. Sixtin. d. lib. 2. d. Regal. c. 14. n. 95. & seqq.* Sed an si vivo adhuc duodecim liberorum patre collecta indicta sit, verùm eo tempore, quo pater ille non ampliùs vitę cursum tenet, solvi debeat, an proles ipsius ex paternâ hereditate eam collectam præstare teneatur, dubium est? Negantium opinioni subscribit *Boc. d. c. 11 n. 8. & seqq.* cum in obligatione ad præstandas Collectas impositionis, non solutionis sive exactionis, tem-

pus

pus ſpectetur, *l. incola 34. ubi gl. Bart. & alii ad munic.* (f) de quibus infrà th. ult. lit. C. Priùs verò quàm ad alia abeamus hanc quæſtionem annectere placet, An, cùm ſpecialiter indultum ſit Principibus & Statibus Imperii ſubditos ſuos in ſubſidiũ collectare, ipſi etiam Status contributiones Turcicas ſuſtinere debeant, de bonis ſuis contribuendo pro ratâ? Quod negat *Klock. d. differt. concluſ. 36.*

V.

Et quidem de omnibus rebus, (a) ratione poſſeſſionis & fructuum: (b) etiam dotalibus, (c) Juribus, (d) Nominibus, (e) collecta debetur.

(a) Tam mobilibus, *l. forma 4. §. in ſervis 5. d. cenſib. l. cenſualis 7. C. d. donat. l. fin. C. d. immun. nem. conced. lib. 10.* quàm immobilibus, *l. neq; ſtipendium 13. d. impenſ. in res dot. fact. l. uſusfructus 7. §. quoniam 2. l. ſi pendentes 27. § ſiquid 3. d. uſufr. Klock. d. diſſ. concl. 19. lit. A. & B. Boc. d. tract. c. 10. n. 1.* Sed an pro mercibus mercatorum Collecta exigi poſſit, anceps eſt quæſtio? Quam affirmativè decidit, *Cothm. Vol. 1. Reſp. 11. n. 165. & ſeq. Klock. d. diſſ. con. 21 Boc. d. c. 10. n. 3. & ſeqq. per text. l. filii 22. §. ult. ad munic. l. munerum 18. §. ſed & eos 23. d. mun. & hon. l. fructus 13. C. d. A. E. & V.* (b) *Bert. in Reper. voce:* Collecta. *l. 2. C. d. ann. & trib. lib. 10. l. fin. ubi Bald. C. ſine cenſu. &c.* Collecta enim de prædiis ſterilibus exigi non poteſt: nec de catenis, annulis aureis, lapidibus pretioſis, cæteriſq; ornamentis virilibus & muliebribus, ex quibus ſola pompa quæritur, nec ulla realis commoditas percipitur, R. A. zu Speyer de Ann. 1542. §. Doch ſollen in ſolchem Anſchlag / & de Anno 1544. §. Doch ſollen in ſolchem Anſchlag / *Mynſ. Reſp. 1. n. 29. & ſeq. Dec. 15.* ubi etiam pecuniam otioſam excipit: quam tamen collectis ſubjacere in modo laudatâ Repub. Norib. certum eſt. His conſequens eſt, Emphyteutam onus Collectarum ſuſtinere, per *l. in emphyteuticariis 2. C. d. Iur. Emph. Sixt. d. lib. 2. c. 14. n. 84. Boc. d. c. 10. n. 5. & ſeqq.* Emphyteuta quoq; Eccleſiæ ad illas contributiones tenetur, quæ ad tempus ex improviſo, præter morem ex ſummâ neceſſitate publicâ indicuntur. *Boc. d. c. 10. n. 16.* Locatori etiam onus Collectarum incumbere verius eſt, per *l. 2. & 3. C. d. ann. & trib. lib. 10. l. Imperatores 7. d. pub. & vectig. l. fructus 13. C. d. A. E. & V. l. ult. C. ſine cenſu &c. Klock. d. diſſ. con. 23. lit. D. Boc. d. c. 10. n. 19. & ſeqq.* Cæterum, ſi plures ſint communis territorii poſſeſſores, à quo Imperialis

tialis Collecta exigi possit, quæritur? Et cautum est, possessoré gentilitiæ domus deß Stammhauses/contributionem hanc præstare debere. R. A. zu Regenspurg de Anno 1576. §. Bey Berathschlagung dieses Articuls, & probatur per *l. cum possessor 5. in pr. d. censib. Klock. d. diss. con. 25. lit. C. Boc. d. c. 10. n. 37.* Ulteriùs controvertitur, quis de pecuniâ mutuo datâ collectari, ut Dd. loqui amant, debeat? Ad quod Respondemus cum *Klock. d. diss. con 23. lit. A Boc. d. c. 10. n. 56.* Creditorē ad hoc onus obligatum esse, *per l forma 4. §. 1. d. censib. l. cura 4. §. deficientium 1. d. mun. & hon. l. 2 C. d. alluv.* (c) in loco domicilii mariti. *Guid. Pap. decis 396. n. 2. A. Fab. in Cod. suo lib. 9. tit. 29. Def. 11.* sicut etiam ibidem de paraphernalibus collectam solvere tenetur, *l. fin. §. item rescripserunt 3 ad munic. Guid. Pap. d. decis. 396. n. 3. Klock. d. diss. con. 20. lit. A. Boc. d. c. 10 n 63.* (d) Unde pro censibus sive redimibilibus, sive perpetuis collecta exigi potest. Quis verò eam solvere cogatur, utrum censuarius, qui vendidit censum prædii sui, vel emptor sive Dominus census, non satis convenit inter Dd.? Nos cum *Klock. d. diss. con. 23. lit. B. & Boc. d. c. 10. n. 40.* Censuarium sive venditorem census huic oneri alligatum statuimus. Pro pensionibus item domorum collecta præstanda est. *Boc. d. c. 10. n. 64.* non autem de actionibus in personam *per l. forma 4. §. si cum ego 4. & ibi Bart. d. censib. Schrad. in tract. feud. p 10. sect. 6. n. 170. Klock. d. diss. con. 20. lit. B. Boc. d. c. 10. n. 65.* (e) certis vid. *Col. d. proc. exec. p. 1. c. 6. n. 156.* nam de incertis exigi non potest, *Col. d. c 6. n. 164. Klock. d. diss. con. 20. lit. C. Boc. d. c. 10. n. 69.*

VI.

Secundùm æstimationem tamen sumtuum, *(a)* & vires cujusq; patrimonii; *(b)* quæ explorandæ sunt per Censitores, (c) libro censuali (d) confecto; *(e)* & æqualitate servatâ, *(f)* imponenda est.

(a) Quos publica necessitas desiderat, ne plùs poscatur, quàm necessitas imperaverit, neve minùs, *l. omnes 12. C. d. op. pub. Boc. d. tract. c. 12. n. 1.* (b) *d. l. omnes 12. & l. 1. C. d. mun. patrim.* ubi tamen spectandum, non, qui prædiorum cujusq; valor sit, sed quid fructuum inde percipi queat, *l. 2. C. d. præd. & omnib. reb. navic. ubi Bart. lib. 11. A. Fab. in Cod. lib. 9. tit. A. Boc. d. c. 12. n. 11.* Hinc aucto patrimonio augetur quoq; Collecta, & diminuto, imminuitur, *l. 2. C. d. alluv. l. cura 4. §. deficienti-*

um 1.

um l.d.mun.& hon.l.forma 4.§.1.d.censib. Unde Statibus Imperii permittitur, ut querelas suas de immoderatis Collectis ratione bonorum amissorum proponere possint, R. A. zu Regenspurg de Anno 1548. §. Vnd nach dem sich etliche / §. Dieweil aber darneben / & §. Wann dann die Beschwerung. Cujusmodi moderationis causa, Die Ringerungshandlung / peculiares habet judices sive moderatores, nominatim ad hoc deputatos, coràm quibus Status Imperii sua gravamina, ratione exactionum moderandarum, vigore Recessus Imperii agant, *Mynf.cent.3 ob.34.Denais.de Iur.Camer.tit.moderat.caus.c.191.* à quorum sententiâ ad Commissarios Cæsareos, & Electores, aliosq; deputatos Status appellare licet, R. A. zu Regensp. de Anno 1594. §. Im fall dann ein einiger / *Sixt.d c.14 n.149.& seqq.Klock.d.diss.con.53.lit. A.Boc.d.c.12.n.3. & seqq.* Collecta tamen, quæ cuidam civium universitati imponi consuevit, eadem auctâ vel diminutâ, augeri vel diminui nequit, *l.sicut 7.§.1. quod cuj. un. nom. l. omne territorium 4. C.d. censib. lib. 11.* nisi singulis de universitate personis indicatur, tunc enim unus pro alio non tenetur, *A.Fab.in Cod.lib.3.tit.12.Def.40.n.4. Klock.dict. diss.con.54. Boc.d.c.12.n 8.9.& 10.* (c) qui facultates cujusq; ad imponendam Collectam explorant, & in censualem librum referunt *l. forma 4.§.1. d. censib.* & præstito priùs jurejurando, vel grosso modo facultates cujusq; inspiciunt, & pro suo æquo arbitrio secundum vires cujusq; collectas distribuunt. *Bart.in l.ult.C.d.prad.& omn. reb.navic.* vel quemq; medio jurejurando facultates suas manifestare cogunt, *Boc.d.c.12.n.14.& 15.Klock.d.diss.con.51.* vel suæ juratæ promissioni committuntur, ut Norimbergæ & alibi, (d) Vulgò Saalbuch de quâ voce vid. *Wehner.in Obs.pract.* item Stewr Register appellant: Itali catastrum alii æstimum vocant, Status Imperii matriculam nominant: quo in libro descriptum censetur, quantum quisq; collectarum nomine pensitare debeat. (e) Cujusmodi liber instrumenti publici vim obtinet, ac plenè probat pro Domino collectante æstimationem bonorum, & quantitatem collectarum singulis annis solvendarum, *Boc.d.c.12.n.13.* (f) Convenit enim omninò, ut proportio servetur in collectis imponendis, ne aliqui graviùs, aliqui leviùs censitentur, *l.& qui originem 3.§.præses 15. d. mun.& hon.l.ult.C.quem civil. mun.ind.lib.10.l.fundos 10. C. d.fund. patr. lib.11.l. id ab unaquaq; 12.C.d. ann.& tribut.lib.10.* R. A. zu Augspurg de Anno 1548. § Vnd nach dem

 sich

lich etliche. Quod si de inæqualitate querelę moveantur à subditis, vel æstimum à Censitoribus exigere possunt, ut inde cognoscant, sint ne magis gravati, quàm alii subditi. *Gail.d.arr.c.9.n.20.* vel Peræquatores constituendi sunt qui inæqualitatem emendent. *Cui.ad rubr.C.d.cens. & censit. lib.11. A.Fab. in Cod.lib.9.tit.29.def.1.Dec.d.tr.c.12.n.17.& 18.*

VII.

Animadvertendum autem est, non ex quâvis causâ. (a) Collectam imponi posse sed ad solam necessitatem vel utilitatem publicam (b) respectum habendum esse, nec aliter imponi debere, quàm ubi calculus aliorum Principis redituum (c) non sufficit; causâq; exactionis cessante, etiam onera removenda esse. (d)

(a) Ad libitum vid. & placitum Principis vel Magistratus, *Sixt. d.lib.2.c.14.n.45.Boc.d.tr.c.1.n.4.& 5.* Subesse quippe debet justa causa; quando enim sine justâ causâ exactæ sunt collectæ, vi exortæ præsumuntur, *Masc.d.prob.concl.316.n.ult.Sixt.d.c.14.n.58.Klock.d.diff.concl.46.Boc.d.c.1.n.12.* Nec enim qui jus collectandi habet, imperare, sed impetrare collectas debet *P.Heig.q.18.n.6.P.Frid.Mind.d.mand.Iudic. lib.2.c.45.n.4.* Absit violentia, & suasio principem locum obtineat, ut *ex Heig.d.q.18.n.4.monet Wintzl.d.Collectis Ob.5.* (b) *Schneid.Tr.feud. p.5.n.119.P.Heig.d.q.18.n.2.&3.p.1.Klock.d.diff.con.46.Boc.d.c.1.n.3.* Unde in casu novæ militiæ collecta imponi non potest: cùm enim hæc solam privatam Domini utilitatem, non autem commune patriæ commodum respiciat, subditos premi æquum non est, *Klock.d.diff.con.49 lit.A.* Quin & causâ redemtionis Domini à captivitate collecta indici non potest; si nim. ob maleficium vel ob æs alienum, aut culpâ suâ Dominus captus detineatur. *Klock.d.con.49.lit.B.* Sed nec transfretatio ultramarina legitimam causnm præbet ad indicendam collectã *Klock.d.concl.49.lit.C.* Sicuti nec acquisitio novi territorii, nisi utilitas publica hoc suaderet, *Menoch.d.A.I.Q.cas.178.n.8. Klock.d.con.49. lit.D.* Et hæc procedunt, nisi inveteratâ consuetudine, vel singulari pacto in dictis terminis jus collectandi suffulciatur, *Klock.d.concl.49. lit.F.* Sed an pro elocandâ filiâ rectè à subditis collecta exigi possit, dubitatur? *Negat Vasq.ill.contr.lib.1.c.7.n.3.Treut.vol.1.Disp.2.th.3.lit. F.Klock.d.diff.con.50.lit.A.Boc.d.tr.c.6.n.42.& seqq. arg.l.in nostra 3.C.d.*

stat.&

ſtat. & imag. & l. pen. §1. C. de agric. & cenſ. lib. 11. communi tamen Dd. voto, & Germaniæ conſuetudine, hoc receptum eſt, ut poſt *Myns. cent. 5. Obſ. 21. refert wintz. l. d. Coll. Obſ. 7.* Quod etiam fatetur *Treut. d. loc.* ubi pluribus *Hunn.* (c) ante omnia enim Principes aliiq; terrarum Domini de ſuo ſe præmunire marſupio, & ſua tributa ac reditus alios expendere debent, antequam ſubditos Collectarũ indictione onerent. *klock. d. diſſ. con. 47. lit. A. Boc. d. tr. c. 1. n. 13.* (d) *arg. l. un. in pr. C. d. cad. toll. Vaſq. d. ſucceſſ. progr. lib. 1* in præfat. *n. 68. & 69. klock. d diſſ. concl. 74. lit. B. Boc. d. tract. c. 13. n. 17.*

VIII

Sciendum porrò, Collectam ita impoſitam paratam executionem mereri, (a) moroſosq; debitores per viam pignorationis, (b) ſequeſtrationis fructuum, (c) ſubhaſtationis, (d) præcepti & mulctæ, (e) ad ſolutionem collectarum cogi poſſe; manu quoq; militari, (f) capturâ & carcere, (g) fruſtrantes coërceri.

(a) *l. miſſi 7. C. d. exact. trib. lib. 10. l. publicas 5. C. d. fer. l. abſtinendum 4. C. quor. appell. non recip. Nov. d. mand. Princ. 17. c. coges 8. Parlad. lib. 2. rer. quot. c. fin. p. 1. §. 8. n. 1. Cothm. vol. 1. Reſp. 11. n. 187. & ſeq. klock. d. diſſ. con. 60. lit. A. Vid. Sixt. d. c. 14. n. 172. & ſeqq.* (b) *l. 1. & l. 2. C. d. cap. & diſtr. pign. trib. cauſ. lib. 10. l. etiam furti 8. C. a* [illegible] *klock. d. diſſ. con. 64. lit. A. Boc. d. tr. c. 13. n. 5.* (c) *l. hi qui 4. C. d. conven. fiſc. deb. lib. 10. klock. d. con. 64. lit. B.* (d) Pro Collectis enim & penſitationibus prędia ſubditorum tacitè obligata ſunt. *l. 1. C. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tac. contr. l. Imperatores 7. d. pub. & vectig. Gail. lib. 2. Ob. 52. n. 21.* Poſſunt igitur illa ceſſante in collectis ſolvendis ſubdito jure diſtrahi, *l. 1. & 2. C. ſi propt. pub. penſit. vendit. fuer. celebr. l. cum poſſeſſor 5. §. ult. d. cenſib. l. prædiis 36. d. jure fiſc. klock. d. con. 64. lit. C. Boc. d. tr. c. 13. n. 6.* (e) *Gail. lib. 2. Ob. 52. n. 20. klock. d. con. 64. lit. D. Boc. d. c. 13. n. n. 4.* Ipſo facto tamen bona in commiſſum non cadunt, ob non ſolutas, vel non rectè ſolutas collectas per ea, quę tradit *klock. d. diſſ. con. 65.* (f) *klock. d. diſſ. con. 66. lit. A.* (g) *l. nemo carcerem 2. C. d. exact. trib. lib. 10. Menoch. lib. 1. d. A. I. Q. q 88. n. 5. klock. d. con. 66. lit. B. Boc. d. c. 13. n. 2.* Forenſes tamen cuſtodiæ tradi non poſſunt, *Gail. d. Obſ. 52. n. 20.* cum non niſi reali actione teneantur. *wintz. l. d. Coll. Ob. 26.* Hodiè ſi quando ſubditi partes ſuas viriles moniti ad diem non inferunt,

mandata ad pœnam dupli decernuntur. R.A. zu Augspurg de A. 1566. §. Derwegen haben, R.A. de An. 70. 76. 82 94. *Klock. d. diss. con. 68. lit. B.* quæ etiam adversus ipsos Status eodem in casu impetrantur, sive Ecclesiastici sint, sive Laici, R.A. zu Augspurg de An. 1576. §. Und nach dem, & seqq. & §. Darwider auch, zu Augspurg, de Ann. 1582 §. Und nach dem, & §§. seqq. & §. Dieweil dann, & §. seq. zu Regenspurg de An. 1598. §. Dargegen aber. Quod si porrò Status Imperii contumaces esse perrexerint, in solvendis collectis, Regalibus privilegiisq; suis privantur, itemq; proscriptionis pœnâ coërcentur: quam pœnam utramq; Camera, si ita ita visum fuerit, in pecuniariam convertere potest. R.A. zu Regenspurg de An. 1594 §. Dagwider auch solchen, & §. Darneben sollen. *P. Denais de Iur. Camer. tit. Contributiones Turcica.*

IX.

Actionibus quoq; Collectæ petuntur; ut condictione certi, (a) ex Lege, (b) hypothecariâ, (c) Confessoriâ utili, (d) Item Interdicto uti possidetis, (e) & unde vi. (f)

(a) Quæ competit ex conventione, quâ Status Imperii, vigore matriculæ Imperii, vel ordines provinciales, die Landstände, promiserunt certam pecuniæ summam collectarum nomine præstare, *Gail. lib. 2. Ob. 20. n. 6. Boc. d. tr. c. 13. n. 13.* (b) quæ ex constitutione sive decreto Imperii sive Principis privilegio competit, *Lun. d. cond. ex leg. Boc. d. c. & n. Klock. d. diss. con. 76. lit. A.* (c) prædiorum nomine competente, quæ tacito jure magistratui sunt obligata. Vid. supr. *th. 8. lit. D. Klock. d diss. con. 80. lit. A.* (d) quâ agitur, quando vel Imperii fiscalis nomine Imperatoris, vel Magistratus alius collectandi jus sibi competere intendit adversus eum, qui se ab indictis collectis liberum dicit, *Klock. d con. 80. lit. B. & Boc. d. c. 13. n. 14.* Huic opponitur Negatoria, quâ experiri potest, si quis immunis sit à collectis, adversus Magistratum urgentem Collectarum solutionem. *B. irt. in l. si publicanus 4. §. in omnibus 2. n. 3. d. publ. & vectig. Klock. d. con. 80. lit. B. Boc. d. 13. n. 19.* (e) Utili vid. quo agit vel Imperii Fiscalis, vel alius Magistratus contrà eum, qui collectas præstare solitus eas solvere amplius renuit, atq; ita in possessione illius Juris actorem turbat. *Myns. Resp. 16. n. 2. Dec. 2. Gail. d. pign. c. 22. n. 3 Boc. d. c. 13. n. 15 Klock. d. diss. con. 77. lit. B.* (g) quod proponi potest, si unus Imperii Status alium Statum Imperii vi prohibeat alicubi indicere &

exigere

ex gere collectas : quo casu etiam locus esse potest condictioni ex *ca... ed integranda 3.q.1.Klock.d.diss.con.79.lit.A.Brc.d.c.13.n.18.*

X.

Differt autem à Collecta Vectigal, (a) & Capitatio. Eandem verò tollunt, Immunitas, (c) Præscriptio, (d) Consuetudo. (e)

(a) Vectigal n. auctionem non recipit R.A. de An. 1576. §. weiters seynd/ *Denais.c.321.in Iur.Cam.Klock.d.diss.con.53.lit.C.Vid.* R.A. de An 1613. §. Und darmit solches/ (b) quæ imponitur respectu non habito ad patrimonium *l. etatem 3.d.censib.* (c) Privilegio scil. special impetrata, quod vacationem præstat, *l. sunt munera 11.d.vacat.& exc.mun. l.un.C.d.his qui à Princ.vac.accep.lib.10.l.non tantum 17.§. non omnia 3.d. excus.Mynf.Resp.1.n.58.Dec.11.Boc.d.tr.c.11.n.48.* Immunitas tamē concessa ab oneribus & collectis ordinariis, solitis & consuetis non extenditur ad onera, quæ imponuntur ratione belli, vel alterius necessitatis, *Gail.2.Ob.52.n. 26. Mynf.cent.4.Ob.70.Schrad.tr.f.p.10. Sect.1.n. 130.P.Heig.q.18.n.26.p.1.* Similiter ob expeditionem Turcicam privilegiati non excipiuntur, R.A. zu Speyer de An 1542. §. und nemlich sollen, & §. Es sollen auch alle Churfürsten/& de An. 1544. §. Und nemblich sollen alle/ *Klock.d.differt.con.43.* Sed de heredibus privilegiati quæritur, Nam & illi immunes sint à Collectis? Distinguendum esse putamus inter privilegium personale & reale: Illud cum privilegiati personâ extinguitur, hoc verò ad heredes transit, *l. privilegia 196.d.R. I.& l.etatem 3.§.rebus 1.& l.seq.§ quanquam 3.d.cens.l.1.§ 1.d.jur.immun. & l.vacatio 13.d.mun.& hon.Boc.d tr.c.11.n.55.* (d) *l.ult.C.d.fund.patr.lit.11 arg.l.omnes 4.C.d.præsc.30.vel 40.ann.Did.Couvar.in c. possessor male fidei d.R.I.in 6 p.2.Relect.§.2.n.9.Rosenth.d.feud.c.5.con.8.4.n.2.& 3.* R.A. zu Augspurg de An. 1548 §. Und soll unser/& §. Wann auch ein außgezogener/ *Boc.d.c.11.n.62.* Præscribitur autem non tantùm immemoriali tempore, verùm etiam 40. annorum spacio, *Klock.d.diss.con.44.lit.A. Boc.d.c.11 n.67.& seqq.* Ad præscribendam autem libertatem opus nō est, ut præscribens specialiter sit requisitus, *Mynf.Resp.1.n.68. Dec.15. Klock.d.diss.concl.45. Boc.d.c.11.n.73.* (e) quæ in hac materiâ imprimis dominatur, *l.1.§.2.d.mun.& hon.* R.A. zu Speyer de An. 1542. §. und wiewol in den Jüngsten/ *Boc.d.c.11 n.58.& seqq.*

Et

Et hæc de Collectis tenui Minervâ dixisse sufficiat. Edoctus meliora, sequar: Optimus enim (*teste Cic. 3. Tuscul. Quæst.*) ac gravissimus quisq; confitetur se multa ignorare, & multa sibi etiam atq; etiam esse discenda.

Μόνῳ τῷ θεῷ δόξα.

Præstantissimo & Doctissimo

DN. RESPONDENTI, Amico suo.

INdomitus validis dum Mars exercet in armis
Cives; dum flammis hostilibus alta relucent
Mœnia, Dantiscum quibus, ille Borussiæ ocellus,
Cingitur, ÖLHAFI; dulces solatia Musæ
Præstant: ipsa Themis magnâ spe pectus amatum
Implet, & ingentes olim tibi spondet honores.
Fallimur, aut Pax alma redit: mox fœdera jungent
Reges, & bellum patriis absistet ab oris.

Lubens faciebat



JOHANNES GERHARDUS
FRAUENBURGUS D.& P.P.

ALIUD.

Dùm furit, ac trucibus Mars passim fulminat armis,
Et Mundus præceps in Phlegetonta ruit;
Justitia, hei! nostro fugiens se spernit ab Orbe,
Pollutamq; omni crimine linquit humum.
Tu tamen Astrææ non seciùs edita templa,
ÖLHAFI, intrepido pergis adire gradu.
Acclamo, Tantò melior! Deus orsa secundet!
Teq; olim maneant præmia digna, precor.

Fundebam

MICHAEL VIRDUNGUS
Polit. & Histor. Prof. Publ.

FINIS.